

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Iuramentum i
cum fontibus proximo et primo

Manipulus florum, Iuramentum i:

Estimo quoniam non oportet ut uir qui uult
secundum euangelium uiuere adiuret alterum.

Si enim iurare non licet quantum ad euangelicum
Christi mandatum, notum est quia nec adiurare
alterum licet.

Origenes super Mattheum.

Fons proximus:

Dicit enim Origenes, *super Matth.*,
*Aestimo quoniam non oportet ut vir qui uult
secundum Euangelium vivere, adiuret alterum.*

*Si enim iurare non licet, quantum ad euangelicum
Christi mandatum, notum est quia nec adiurare
alterum licet.*

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda
secundae*, 90.1.1 (P. Caramello ed., p.438).

Fons primus:

Existimo autem quoniam non oportet, ut vir, qui uult
secundum Euangelium vivere, aduret alterum.
Simile est enim quod dicit in Evangelio Dominus ipse:
„ego autem dico non jurare omnino,“
et non adurare omnino.

Si enim iurare non licet quantum ad euangelicum
Christi mandatum, verum est quia nec adurare
alterum licet.

Origenes, *Commentariorum in Mattheum*, 110 (C.
Lommatzsch ed., Berlin, 1835, vol.3, pp.6-7).